

Johann Ernst Schaper

**Johannes Ernestus Schaper ... Hodie Academiae Rostochiensis Rector, Ad
Lugubres Exeqvias Qvas Matronae ... Margaretæ Neukranziæ, Duorum, de
Ecclesiis ... Pastoru[m] B. Zeidleri & B. Blocksdorffii relictæ Viduæ ... d. XIX. Julii
in Templo Petrino cupiunt adornatas, Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1717

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768986788>

Druck Freier  Zugang



Schaper, J. E.,
in
M. Neukranz,
viduam B. Zeidler
et B. Blocksdorff.

Rostock, 1717.

39.

112.
**JOHANNES ERNESTUS
SCHAPER,**

SERENISSIMI DUCIS MECKLENBURGENSIUM RE-
GENTIS CONSILIARIUS REGIMINIS ET ARCHIATER., MED. DOCT.,
EJUSQUE PROF. DUC. PUBL. PRIMAR. ET ORD. TOTIUS UNI-
VERSITATIS, COLLEGII DUCALIS ET FACULT.
SUÆ SENIOR,



HODIE
ROSTOCHIENSIS RECTOR;
LUGUBRES EXEQVIAS
QVAS

*Matri Veneranda Senectutis autoritate,
virtutumq; omnis generis Muliebrium
gravitate maxime conspicuæ,*

**MARGARETÆ
NEUKRANZIÆ,**

Duorum, de Ecclesiis sibi commissis Optime meritorum Pastorū
B. ZEIDLERI & B. BLOCKSDORFFII

relictæ Viduæ, eiqve pientissimæ,
Matri suæ, dum viveret, Honoratissimæ, nunc eheu! Desideratissimæ,
LIBERI SUPERSTITES iidemqve LUCTUS

ÆGRITUDINE AFFLICTISSIMI,

*Solemnitatibus Christianis hoc in loco receptis d. XIX. Julii in Temple
Petrino cupiunt adornatas,*

Cives Academicos, Omnium Ordinum Honoratissimos,
Publico hoc Programmate quam humanissime diligentissimeqve
convocat pariter ac invitat.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



I quid unquam solatiffuum est in casibus humanis, qui ærumnosis nobis & mortalibus accidunt Homi- nibus, sive tales sint, qui anim- um nostrum erigunt, & ad eum, qui in mixto rerum statu datur, lætitiæ gradum evehunt, sive ta- les, qui animum statione sua de- jiciunt, atqve ad summum tristi-

tia gradum deprimunt, illud ipsum optimo jure & æsti- matur & deprehenditur, quod repositum est in inex- hausta immensarum Bonitatis Divinæ divitiarum, profunditate, à qua omnia illa proficiscuntur Bono- rum genera, quæ & animum nostrum & corpus no- strum & fortunam nostram pro ratione hujus vitæ ex- hilarare possunt nosq; tranquillos & felices reddere, per quam omnia, quæ nobis obveniunt, prospera, gratio- sum in modum locupletantur & conservantur, omnia adversa, in finem nobis hic & in æternum salutarem di- riguntur, in qua & proinde in omnibus illis, quæ vel gratam quandam nobis afferunt voluptatem vel ingra- tam quandam afflictionem, devota omnino fide acquies- cimus, augustissimum pariter illud ac mellitissimum cum populo illo fideli (Marc. VII. 37.) ingeminantes epi- phonema: DOMINUS OMNIA BENEFECIT. Be- nefecit omnia Dominus in *Homium*, nondum existen- tium, *creatione*, & existentium *conservatione* gloriosissi- ma, quippe qua Creaturas ipsos condidit visibiles, inter reliquas omnium nobilissimas, mirabilissimas, quæ noti- tia Conditoris sui instructæ sunt tam naturali quam reve- lata, eaque fructuosissima, laude ipsius pollent sacratissi- ma, gratiarum actione florent dicatissima, confessione præstant integerrima, cultu (summatim) vigeſcunt ob- strictis.

fimo, quo & sanctitatem & voluntatem Creatoris sui perfectissimam propositam sibi jugiter retinent & quidem circa sanctitatem studiosissime curantes, ut eidem doctrinae morumque probitate pro concessis caelitus facultatibus quam integerrime respondeant, circa voluntatem in id enixissime incumbentes, ut eidem in Sacra Scriptura revelatae suamet voluntas & inde orta actionum spiritualium & moralium indoles ac qualitas, suppeditis supernè viribus, quam dexterrime fiat conformis. Benefecit omnia Dominus in lapsorum *Hominum* & damnatorum *restitutione & redemptione* Gratosissima, dummodo non pepercit Filio suo Unigenito, eidemque dilectissimo, sed impleto juxta decretum divinum justi temporis spatio, in mundum hunc demisit miserimum aeq; ac depravatissimum, ut generatione sua, nativitate, & universa vita sanctissima, passione longe acerbissima, morte dolorosissima, resurrectione à mortuis & ascensione in caelum maxime majestatica, sessione ad dexteram Dei & intercessione apud Deum reconciliatum pretiosissima, vitam ipsis promereretur spiritualem & aeternam, passiones ipsorum & mortem sanctificaret, resurrectionem & ascensionem ad caelestia gaudia promoveret, & futuram ipsi acquireret ad dexteram stationem sub adventum suum gloriosum, praesentemq; & futuram conservationem fidei ipsorum vitaeque beatæ & in via & in patria, felicissimam, pacatissimam. Benefecit omnia Dominus & benefacit adhuc hodie, in *Hominum* restitutorum redemptorumque *sanctificatione & salvatione* omnium saluberrima, dum Sanctissimum suum effudit & effundit Spiritum in corda fidelium donaque gratiae & gloriae serio expetentium, qui eosdem praeter inexcusabile dictaminis naturalis testimonium, per consignatum literis praedicatumque verbi, tam legalis quam Evangelici

lici monumentum, benignissime vocat & revocat, vocatos revocatosque, mole peccatorum onustos, remissione eorum & imputatione justitiæ, merito Christi partæ, sublevatos, justos coram throno divino constituit, justificatos efficacissime regenerat, regeneratos fructuosissime renovat, renovatos impensissime obsignat, obsignatos illustrissime consummat, & hac quidem in vita deducit ad consummationem gratiæ, qua læti sunt & esse possunt ac tranquilli suo modo, in statu filiationis inchoatæ & expectatæ cœlestis hæreditatis, in futura autem vita, ad consummationem illam gloriæ, in quâ læti erunt & esse poterunt ac tranquillissimi omni modo, in statu obtentæ plenissime hæreditatis & filiationis absolutissime confectæ. Benefacit adhuc hodie omnia Dominus (ut scriptio præsentis & propositi memores, alia prætereamus Bonitatis DEI beneficientis documenta) in *pietate* sibi que & verbo suo addictorum *Hominum afflictione*, nunc frequentissima nunc asperrima, dum omnem illam, quam his ipsis immittit, adversitatem, omnem tribulationem, omnem calamitatem, omnem luctuosam decessionem, ita gubernat ac temperat, ut non esse nisi paternam castigationem subinde cognoscant, DEUM non semper exaudire ad voluntatem sed ad utilitatem egregie perferant, auxilium diu protractum, imò dubium planè redditum, inperato quodam tempore, loco, modo, subsidio, Clementer obtineant, in tristitia usque quaque circumcingente & confringente lætitiã excipiant optimam in Deo suaviter securam, in angustiis & pressuris, omnem emergendi viam præcludentibus, virtutem experiantur divinum valide supervinentem & viam ad infinita cœlestis gratiæ latifundia patefacientem, sicut & in omnibus afflictionum generibus divinam fidelitatem, talem iisdem, æque

æque ac luctuoso generi, largientem effectum, eventum & exitum, qui viribus, votis, commodisque ipsorum accidat accommodatissimus & benefacienti omnia Bonitati divinæ convenientissimus. Largiatur DEUS TER OPTIMUS MAXIMUS gratiam hanc suam, in omnibus vitæ hujus mortalis casibus omnia sic benefacientem, effectumq; ejus eventum & exitum fidelissimum pariter ac laudatissimum, omnibus illis & singulis, qui pro eo, qui Liberis & Propinquis infertus est ac congruus, pietatis affectu, impræsentiarum dolorosum lugent obitum Matris in vita, observantia, & post vitam, memoria Venerandæ, Matronæ grandæva vitæ conditione commendatissimæ, virtutumque sexum fœmineum exornantium omnigeno apparatu instructissimæ, MARGARETÆ Neukrantzin/ Duorum, Ecclesiæ quondam Gnöjensis Pastorum Religiosissimorum, ZEIDLERI scil. & BLOCKSDORFFII, relictae Viduæ, ejusque probatissimæ, cujus vitæ rationem, qualem iniverit, continuaverit, & absolverit, ex officio p. t. Rectorali, more in hac Academia consveto, pro iis, quæ suppeditata mihi sunt, subsidiis, quoad præcipua momenta delineare teneor, Bonis omnibus in exemplum veræ probitatis & ingenuæ virtutis diligenter commendare, & bene operantis omnia circa eandem divinæ bonitatis argumenta, ea, qua par est, mentis & calami devotione observare. Exeruit sese statim Gratia divinæ omnia benefacientis ubertas, sub nativum *Beata nostræ Matrone* in vitam hanc mortalem ingressum, dum e familia eam prodire jussit, pietate, honestate, cæterisque ornamentis moralibus præclarissima, adeoque Proavo gaudere concessit Paterno, Viro ex ordine Civium spectatissimo, JOHANNE NEUKRANTZ, Civitatis hujus Rostochiensis & districtus in eadem Petri Membro Nobilissimo, Proavia Paterna, GIELKE PÜLSERS, Fœmina Honestissima, Ornatissima,

A 3

Proavo

Proavo Materno, Viro Consultissimo, Amplissimo, Pruden-
tissimo, HENRICO HAGEMEISTERO, Civitatis Stra-
lesundensis Consule longe meritissimo, Proavia Materna,
CATHARINA SCHWARTZIA, Matrona Prænobilissima
& tuo sexui in exemplum nata; Avo Paterno, Viro Illustri
atque Experientissimo, MICHAELE NEUKRANTZIO,
Serenissimi quondam Mecklenburgensium Ducis SIGIS-
MUNDI, per annos XLV. Archiatro, raro exemplo ex-
cellentissime merito, Medicinæ Doctore & Practico Rostochiensium Celeberrimo, Avia Paterna, Matrona Honestis-
sima Piissimaque, ANNA KÖLTZOVIA, *Pauli Kötzovii*,
Civis & Mercatoris Rostochiensium primarii filia, Avo
Materno, Viro Eximio & Præstantissimo, JOHANNE HA-
GEMEISTERO, Cive, Mercatore, & Pannario, Stralesun-
densium Integerrimo, Avia Materna, ANNA Seel-fischen/
Matrona laudatissima, Virtuosissima. Non autem in hoc
tantum puncto exeruit sese omnia benefaciens Gratia Divi-
na, circa *Beata nostra* nativum in hanc vitam ingressum,
annosq; ejusdem infantiles, sed & in eo, quod ita eundem
Clementer disposuerit, ut Anno M DC XLIV. d. XXVI.
Martii ad vitalem hanc adspiraverit lucem in Ecclesia vere
Christiana & Evangelica, & loco in eadem Religionis ge-
nuinæ cimelio fati illustri, *Stralesundia*, Pomeraniæ Cite-
rioris emporio Celebratissimo, & quidem Patre, Viro Præ-
nobilissimo, Amplissimo atque Experientissimo, JOHANNE
NEUKRANTZIO, Medicinæ Doctore & Physico Strale-
sundensium primario, Matre, CATHARINA HAGEMEI-
STERIA, Matrona Nobilissima, omnique virtutum mulie-
brium genere præstantissima; item quod curantibus lau-
datissimis hisce Parentibus d. XXVIII. Martii anni prædicti
per foedus baptismale cum DEO salutarem in modum fue-
rit conjuncta, gratiæque ejus omnia cum eadem in Spiri-
tualibus

tualibus & temporalibus benefacturæ commendata, & de
currentibus anni hujus, annorumq; subsequen-
tium spatiis, inprimis iis, quibus plenum affec-
ta est rationis usum, ita fuerit educata, ut
succrescente cum ætate in omnibus illis
succreuerit virtutum fœminearum generibus,
quæ & in fœdere divino conservare eam felici-
ter potuerunt & hominibus quoque ingenuis
probatam reddere & acceptam. Conspiciam
sefe dedit ulterius, omnia benefaciens DEI
Gratia, circa *Beata nostra Matrone* stativum
in vita hac mortali progressum, annosque
ejusdem juveniles, dum providentissima
sua cura, de commoda vitæ sustentatione
eidem Clementissime ita prospexit, ut primo
connubio, (novem circiter annis tantum ex
beneplacito divino consolidato, postea præ-
mature Mariti obitu disrupto) sociata fuerit
& propria dicata, Viro Admodum Reverendo,
Amplissimo, atque Clarissimo, Dn. JOHANNI
ZEIDLERO, Lubecensi, Philosophiæ Doctore
præcellentissimo, Pastori quondam Ecclesiæ
Gnöjensis fidelissimo, meritissimo, & cum
eodem tres numero progenuerit liberos, unicum
scilicet Filium, Virum Plurimum Reverendum,
Nobilissimum atque Præcellentissimum, Dn.
JOHANNEM ZEIDLERUM, Philosophiæ Doctorem
fulgidissimum & Ecclesiæ hoc in loco Petrinæ
Pastorem meritissimum, Fautorem nostrum &
Amicum Aestimatisimum, & duas Filias, alteram
CATHARINAM, elegantissimam puellam, prima
statim sub infantia beate demortuam, alteram
MARGARETAM fœminearum virtutum decoribus
omnigenis exornatissimam, duorum tantum
annorum circiter spatio (quippe intra quod
pie defuncta) matrimonio juncta, Viro Summe
Reverendo, Excellentissimo, Amplissimo, Dn.
BRANDANO HENRICO GEBHARDI, S. S. Theol.
Doct. & Professore in Academia Gryphiswaldensi
Celeberrimo, longe meritissimo, Confessorii

storii Regii Adseffori, hodieque Vicario Superintendenti
Pomeraniæ Citerioris eique Generali longe Gravissimo.
Nec in primo solum connubio, ea, qua hæctenus exposi-
tum est, ratione, conspicuam sese dedit omnia benefaciens
DEI Gratia, verum & in secundo illo, quo lætissimè sociata
fuit *Beata nostra* & propria dicata, Vidua t. t. Mœstissima, Vi-
ro Admodum Reverendo, iterum, Amplissimo atque Clarif-
simo, Dn. FRIDERICO BLOCKSDORFFIO, Landsberga-
Neomarchico, Pastori primum Ecclesiæ pariter Gnöjen-
sis Vigilantissimo, Meritissimo, Circuli deinde ejusdem no-
minis Ecclesiastici Præposito Dexterrimo & cum eodem
quatuor numero progeneravit Liberos, unicum denuo Fi-
lium, Virum Plurimum Reverendum, Nobilissimum, ac
Præcellentissimum, Dn. GEORGIUM NICOLAUM
BLOCKSDORFFIUM, Philosophiæ Doctorem Celeberrim-
um, Ecclesiæ in Civitate Anclamensi Marianæ Pastorem
Religiosissimum, meritissimum; tres autem Filias, scitissimas
æque ac mellitissimas, quarum duæ natu minores, ANNA
nempe SOPHIA & MARIA tenerrima jam tum infantia è
mundo hoc immundo & calamitoso beate discesserunt, na-
tu verò Major, CATHARINA, virtutum omnigenarum
splendore maxime conspicua, conjugio quidem exoptato
conjuncta fuit Viro Plurimum Reverendo & Præclarissimo,
Dn. VICTORI PFEIFFERO, Pastori quondam Gnöjensi
ejusdemque Circuli Præposito optimè merito, paucis ta-
men abhinc annis, ut Vidua sexennalis, eaque admo-
dum afflicta, fraterno interim amore & hospitio tranquilla
& contenta, in domo hîc Fratris prælaudati, Dn. ZEIDLE-
RI, non sine hujus, ut & tum adhuc superstitis Vener. Matris,
gravissimo Luctu, obitu præmature decessit, Maxime il-
lustrem sese porro præbuit benefaciens omnia DEI Gratia
circa *Beata nostra Matrona* defectivum è vita hac mortali
egressum

egressum, annosq; ejusdem seniles, dum in eandem do-
num contulit ac bonum longævitatís ætatisque prove-
ctæ, temporalia inter bona suo certe modo nobilissimum,
in Sacris non tantum Pandectis sæpius commemorat-
um & fidelibus animabus promissum, sed & ab Ecclesi-
asticis æque ac Profanis Scriptoribus singularibus elogiis
exornatum, & ita quidem contulit, ut, postquam reda-
cta fere tota in cineres ante septennium circiter Civi-
tate Gnöjensi, adeoque & domo illa, quam post obitum
duorum Maritorum luctuosissimum, tanquam Vidua
inhabitaverat hætenus Mœstissima, penitus destructa,
à Filio Dilectissimo, Pl. Rev. DN. ZEIDLERO in domi-
cilium hujus loci suum, idque Ecclesiasticum, debita cum
pietate recepta fuerit, ætatem suam provectam pacata
quadam ratione in eodem produxerit, precibus ac hy-
mnis devotissimis, tam pro salute sua, quam suorum, omni-
umq; fidelium, indefesso quodam studio vacaverit, Cre-
atorem suum, Redemptorem & Sanctificatorem, uti in an-
tecedente ita in hoc subsequente vitæ tempore, integer-
rimo cultu venerata sit, Filium charissimum, ejusque Li-
beros, nepotes autem suos, dulcissimos, materna quavis
benignitate & fidelitate constantissime toverit, rem-
que ejus familiarem, in statu viduitatis ejus, pro data ex
viribus senectute debilitatis facultate promoverit.
Quinimo & maxime illustrem sese demum præbuit cir-
ca *Beatam nostram* benefaciens omnia Dei Gratia, mensis
hujus decurrentis die primo, secundo, & sequentibus,
cum tempus appropinquaret dimissionis ejusdem paci-
ficæ e molestissimo vitæ præsentis ergastulo, adeoque
vires ejus corporis notabiliter sensim ita deficerent, ut
manifesta mortis, exinde, aliisque circumstantiis, impen-
dentis, sese proderent indicia, vires itidem animæ ejus-
dem

B

dem

dem sub agonis hujus ultimi, cum ultimo vitæ hujus ho-
ste, rigoroso impetu haud leviter langvescerent, & Con-
fessionarius proinde ejus accerferetur, Vir Plurimum Re-
verendus ac Præcellentissimus, CHRISTIANUS CRUL-
LIUS, Philosophiæ Doctor præclarissimus, Ecclesiæq;
hujus loci Petrinæ Diaconus meritissimus; Fautor no-
ster & Amicus Honoratissimus, dum per Ministrum
hunc fidelissimum, verbo suo efficacissimo, animarum
pabulo sufficientissimo, nec non sacratissimo refectionis
Spiritualis epulo, præsentissimum in modum eandem
confortavit, vera in salvificum Christi meritum fide con-
servavit, perseverante sanctarum animarum ad mortem
usque fidelitate consolidavit, & die mensis hujus octa-
vo, horaque ejus vespertina circiter septima, in Regnum
suum Cœleste beate placideque eandem transtulit, An-
no ætatis septuagesimo tertio & aliquot mensibus illum
ipsum excurrentibus. Ne vero in spiritualibus tantum,
quæ hætenus insinuavimus, Gratiæ DEI omnia benefa-
cientis subsistamus momentis, sed & ad eadem mentem
nostram reflectamus & calamum nostrum, quæ circa cor-
pus *Beata nostra* senectute morbidum & ad mortem ma-
tuum, quoad instantem ejusdem ab anima dissolutionem
acciderunt, audiamus de morbi illius ultimi circumstan-
tiis, Virum Prænobilissimum atq; Experientissimum, DN.
CHRISTOPH. MART. BURCHARDI, Medic. Doct.
& Prof. Publ. Ord. Celeberrimum, nec non Civitatis hujus
Rostochiensis Poliaturum bene merentem, Collegam no-
strum Fautorem & Amicum Honoratissimum, & qui-
dem illis ipsis, quæ nobiscum communicavit, verbis
ita differentem: *Qui nostram lecto affixit morbus, sopo-
rosus fuit, Coma somnolentum Medicis dictus, ex terrore, ut cre-
debant Cognati, contractus, Forte tamen ipsum Senium, &
quem*


quem praeferito anno passa fuerat, Apoplecticus affectus, huius malo ansam dedere. Et primo quidem triduo, ut commemorabantur adstantes, non admodum graviter affectum tulit: quarta autem luce magis prona in somnum, ad quaesita quidem respondet, mox autem in pristinum stuporem relabatur. Quae propter tunc mea primum imploratur opera. Accedo, & quae in rem agrotae sunt, impero. Nil quicquam tamen his allevabatur; neque, qui sequebantur, quintus sextusque dies aliquid afferebant novi. Septimo autem mane accedens, omnium sensuum orbam, sine stertore tamen aut difficili respiratione, reperio, ita ut neque excitari ex profundissimo sopore posset, neque quae offerebantur, deglutiret. Prognostico itaque relicto, discessi, quod ipsum eventus firmavit. Circa vespeream namque majori labore spiritum ducere coepit, brevi postea exspiravit. Sic igitur transit Beata nostra Matrona ad sedem animarum beatarum omnium felicissimam, qua fruitur in praesenti & fruatur in perpetuum, Bonitate Divina, jam nunc inibi omnia benefacientia, olimque sine fine benefactura, copiositate Gratiae, super electos omnes Clementissime exundante, incomparabilitate Gloriam, splendidissime eosdem corollante, tranquillitate quietis, placidissime eosdem praeservante, triumphatione victoriae, gloriosissime eosdem magnificante, exauditione votorum, gratiosissime eosdem delectante, consumatione notitiae, amoris, affectus & laudis, amabilissime eosdem reficiente, immortalitate vitae praesentissime eosdem conservante, incolumitate vigoris tam quoad corpus quam quoad animam, constantissime eosdem sustentante, & (ut summatim omnia complectar) aeternitate Messis, absoluta suaviter femente huius vitae miserrima, h. e. caelestis ubertatis satietatisque immensa plenitudine abundantissime locupletante. Quod nobis adhuc superest, **CIVES OMNIUM**
ORDI

ORDINUM HONORATISSIMI, in præfenti temporis fpatio exercendum humanitatis officium, in eo quam maxime verfatur, ut inftantem fub actum, eumq; fepulchralem, Bonitatis Domini, omnia in vita, morte & poft mortem nobifcum benefacientis, ad mandatum fancto ipfius verbo expreffum, cœteros inter alibi noftros omnis generis actus, imitatores nos exhibeamus paratiffimos & circa Beate placideq; defunctæ Matronæ Corpus exanime omnia, quantum in nobis fitum eft, benefaciamus, frequentiffimo confluxu ex omnibus ordinibus illud ipfum cohonestemus, ad fepulchrum eidem illi in Ecclefia Petrina præparatum benigniffimo comitatu deducamus, Mœftiffimorum Liberorum & propinqvorum luctum graviffimum haud minimo folatii lugubris argumento humaniffime fublevemus, & mutua quævis officiorum genera, lætioribus utinam in cafibus, ab iisdem quam certiffime nobis promittamus: confluentes interim, concomitantes, confolantes, & bene merentes, Bonitatem DEI, omnia tam in Sacris & Ecclefiafticis, quam in Politicis & Oeconomicis, benefacientem, unanimibus genuinorum votorum fufpiriis, devotiffime nobis apprecemur, ut in omnibus fingulisq; actionibus noftreis, & fpiritualibus, & moralibus, & corporalibus, fic

*Omnia benefaciamus in tempore, ut
omnia itidem benefacta teneamus
in Æternitate.*

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS die XIX. Julii
ANNO MDC CXVII.

*Conventus inftituetur in Templo Petrino
Hora prima eaq; pomeridiana.*



dem sub agonis hujus ultimi, cum ultimo v
ste, rigorolo impetu haud leviter langvesce
fessionarius proinde ejus accerferetur, Vir P
verendus ac Præcellentissimus, CHRISTIAN
LIUS, Philosophiæ Doctor præclarissimu
hujus loci Petrinæ Diaconus meritissimus
ster & Amicus Honoratissimus, dum pe
hunc fidelissimum, verbo suo efficacissimo
pabulo sufficientissimo, nec non sacratissimo
Spiritualis epulo, præsentissimum in mo
confortavit, vera in salvificum Christi meri
servavit, perseverante sanctarum animarum
usque fidelitate consolidavit, & die mensi
vo, horaque ejus vespertina circiter septim
suum Cœleste beate placideque eandem t
no ætatis septuagesimo tertio & aliquot m
ipsum excurrentibus. Ne vero in spiritua
quæ hactenus insinuavimus, Gratiæ DEI o
cientis subsistamus momentis, sed & ad ea
nostram reflectamus & calamum nostrum, q
pus *Beata nostra* senectute morbidum & ad
turum, quoad instantem ejusdem ab anima
acciderunt, audiamus de morbi illius ultim
tiis, Virum Prænobilissimum atq; Experien
CHRISTOPH. MART. BURCHARDI
& Prof. Publ. Ord. Celeberrimum, nec non C
Rostochiensis Poliaturum bene merentem,
strum Fautorem & Amicum Honoratissim
dem illis ipsis, quæ nobiscum communi
ita differentem: *Qui nostram lecto affixi
rosus fuit, Coma somnolentum Medicis dictus, ex
debant Cognati, contractus, Forte tamen ip*

quem praeferito anno passa fuerat, Apoplecticus affectus, huius
 malo ansam dedere. Et primo quidem triduo, ut commemoraba-
 bantur adstantes, non admodum graviter affectum tulit: quarta
 autem luce magis prona in somnum, ad quaesita quidem res-
 pōndet, mox autem in pristinum stuporem relabatur. Quae
 propter tunc mea primum imploratur opera. Accedo, & quae in
 rem agrotae sunt, impero. Nil quicquam tamen his allevabatur;
 neque, qui sequebantur, quintus sextusque dies aliquid afferebantur
 novi. Septimo autem mane accedens, omnium sensuum orbam,
 sine stertore tamen aut scilicet respirazione, reperio, ita ut neque
 excitari ex profundo, neque dormire posset, neque quae offerebantur,
 deglutiret. Prae- elicto, discessi, quod ipsum even-
 tus firmavit. Namque, majori labore spiritum
 ducere, gravavit. Sic igitur transit
 Beatorum animarum beatarum o-
 praesenti & fruatur in
 tunc inibi omnia be-
 a, copiositate Gra-
 e exundante, in
 eosdem coro:
 ne eosdem pra-
 storiosissime eosdem
 um, gratiosissime eos-
 te notitiae, amoris, affectus
 eosdem reficiente, immortali-
 ne eosdem conservante, incolumi-
 tate, quoad corpus quam quoad animam,
 constanter eosdem sustentante, & (ut summam om-
 nia complectar) aeternitate Messis, absoluta suaviter
 femente huius vitae miserissima, h. e. caelestis ubertatis
 fatietatisque immensa plenitudine abundantissime locu-
 pletante. Quod nobis adhuc superest, **CIVES OMNIUM**
ORDI

